UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.|| Secretarii Opervm ||

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Prima. Vter alteri gratias debeat pro co[n]uiuio. An qui vocat[ur]: an qui vocat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

Visual Library

POGGII FLORENTINI ORATORIS CLARISSIMI Hiſtorię primę diſceptatio: Vter alteri gratias debeat pro conuiuio impenſo: an qui vocatur: an qui vocat.

QVo primũ anno Nycholaus põtifex quintus peſtis
cauſa Fabrianũ Piceni oppidũ ſeceſſit: cum me ad
terrã nouam natalẽ ꝑriam cum familia cõtuliſſem:
venit eo poſtmodũ rogatus a me/ qui Florentiã ob
negocia publica adibat/ Carolus Aretinus vir om̃i
laude & doctrina ꝑſtantiſſimus. Is em̃/ pluresq; alij:
inter quos erant viri doctiſſimi Benedictus Areti-
nus iuriſcõſultus: ac Nycholaus Fulginus inſignis
philoſophia atq; arte medicus: Aretiũ petierant pe-
ſtis vitandę cauſa. Contigit aũt ut eodem die & Ny-
cholaus ex Aretio ad curandũ ęgrum quendã accer
ſitus/ & Bñdictus ſcȝ in ꝑriam iturus ſimul me con-
uenirẽt. Magna me animi voluptas cępit: quum vi
derem tres amantiſſimos viros/ mihiq; ſingulari beniuolentia cõiunctos forte in
idem loci diuertiſſe. Qui om̃es quum hortatu meo in hortulo mecum cęnaſſent:
poſt varios in ea ſerm̃ones habitos/ remota menſa: quum tempus abeundi vide-
retur. Age ut moris eſt Carole/ Bñdictus inquit/ huic hoſpiti noſtro gratias: qui Bñdictus:
ita hilare atq; humaniter nos excepit. Scis em̃ hoĩes agere conſueuiſſe poſt cibum
gratias his qui ad cibum vocarint. Si cui vero ſunt agendę: hic eſt profecto (me
intuens) cuius opera non ſolũ epulis/ ſed etiam vario ſuauiq; ſermone cena iocũ
da fuit. neq; id erit tibi difficile: cũ ꝑpaucis v̓bis his cõtentus exiſtat: & tu dicendi co
pia excellas. Geram Bñdicte morem Carolus ait: ꝙuis a multis aliter ſeruatum Carolus:
ſciam: quod nunq̃ tamẽ probaui. Videtur em̃ conſuetudo hæc mihi inter doctos
viros non ridenda ſolum/ ſed etiam repudianda: quũ potius cõuiuij magiſter gra
tias conuiuis debeat qui venerint/ ꝙ illi ei qui ad epulũ vocarit. Maior hominũ ps
vel om̃es ferme cõuiuia ꝑparant: aut ad ĩniendam illorũ quorũ ope indigent grati
am: aut ad alliciendũ eos quos ſibi ſperant ꝓfuturos. Vel ad honorem ſibi ex cõ
uiuarum dignitate adijciendũ: aut ad rumorem & famam vulgi comparandã: ut
liberales ſplendidiq; exiſtiment. Horum quemuis non magis gratias debere arbi
tror conuiuij auctori/ ꝙ tibicines aut citthariſtas: vel cantores ad epulum adhibi-
tos voluptatis cauſa: qui nedũ gratias pro cibis impenſis nõ agũt: ſed premiũ inſup
ſuę artis expoſcunt. Quũ quis ergo non alterius/ ſed ſui gratia ad conuiuiũ homi
nes vocet/ quæ illi gratia eſt habẽda? Ego nobis gratias ab hoc agendas cenſeo/
quorum locus ac preſentia reddatur multo ꝙ ante nobilior. An tu parum hono-
ris huic noſtro hoſpiti accedere arbitraris: quum virorũ talium cœtu/ domus hæc
multo illuſtrior atq; ornatior reddat̃ ꝙ cæteris quibuſue auri/ argenti/ veſtis ſtra
guleę ornamentis. Mihi credite velim: multum decoris hic exiſtimet nos in domũ
ſuam intuliſſe: quum nouerit virtutis ornamenta om̃ibus eſſe ſplendidiora. Nam
cum diuitum domus ſterni ſoleant: ornari tapetibus atq; aulęis inſup argento ple
nis: idq; ad decorem & amplitudinẽ precipue ſpectare videat̃: quantũ ornamenti
afferri hoĩes ſapientia & v̓tute ꝑditi ſunt exiſtimandi/ quorum ſplendor & digni-
tas om̃es veſtes aurumq; exuperat? Mea quidẽ ſententia: tanto dicẽda eſt orna-
tior & pulchrior domus a viris bonarũ artium ſtudijs & v̓tute ꝑſtantibus culta/
ꝙtanto res animata anima carentẽ excedit: vera res fictę/ et viuens ꝑſtat mortuę.
Itaq; quũ ad conuiuiũ adhibentur hi quorũ cõſpectu tum hoſpes/ tum locus or-
natur: quibus inſit probitas/ dignitas/ fides: qui non fortunis/ ſed virtute reſplen-

deant: iſti iudico gratias ꝙ rogati conuiuium celebrāt deberi. Egdem ſumme
Democrit. laudo Democritū ſtoicum philoſophū. quē Seneca dicere ſolitum ſcribit: neq̄q̄ ſe
ad alicuius epulum niſi ei gratię haberent fuiſſe acceſſurū. Nimis magnus profe
Viri digni- cto ornatus eſt magnoq; precio redimendus: vir aſpici & laudari dignus: qui quā
tas virtute cunq; ingredit domum honeſtiorem efficit atq; illuſtriorem. Si pictor aulam va-
excellentis rijs ornat figuris premiū aufert: quanto maius p̄cium vel ſaltē gratiam meret vir
excellens virtute/ qui domum ornat om̄i pictura p̄ſtantior. Quare beneficij loco
ęſtimare debet/ ſi e ad conuiuiū rogatos: dūmodo hi ſunt qui cum laude vixerint:
Nycholaus neq; fartiendi ventrem/ ſed ornandi hoſpitis gratia proficiſcunt. Tum Nycholau
us: peroptime inquit Carolus hunc ſermonē exorſus colloquendi nobis materiā
prębuit. Rectius q̄dem mihi videt huiuſmodi collocutionibus quicq̄d diei ſupeſt
impertiri: q̄ ludo vel ioco aliquo/ aut aliorum cantu & vocibus traduci. Plus em̄
aures meas p̄mulcent docti alicuius & eloquētis verba/ q̄ queuis artis muſice in
ſtrumenta. Hæc em̄ in vulgus & inſulſam plebem ſunt aptiſſima. qui quū ipſi loq
niſi de viliſſimis rebus ſoleant: ut qui ventri & inſcitię ſunt dediti: appetunt cantus
Xenophō. & aliorum voces qui pro ſe loquant. At Xenophon in ſuo economico/ recte So
cratem facit loquētem: minime opus eſſe pſalterio canente & cithara: ubi hi ſunt
conuiuę qui diſerte loqui ſciant/ & erudito ſermone cōuiuiū trahere. Nam docto
rum voces ludis om̄ibus/ ſonis/ canticis ſunt potiores. neq; vero qui ſecum aut cū
alijs ſcite loqui poterit/ hiſtrionū aut cantorum artem ad oblectamenta aurium
aut animi requiret. Verum ad ea quę modo dixiſti paucis reſpondebo. Mihi Ca
role ſecus eſt atq; tua opinio videtur. Nam ſi cōuiuandi ratio aliquid in ſe conti
net honeſti: aut ſi v̄tutis initio aliquo progredit: aut cōmendatione quapiam di
gna eſt: certe id qualecunq; eſt penes cōuiuij auctorem reſidet. Non loquor de il
lis quos putas in cibis dandis fœnus aliq̄d q̄rere. Om̄s em̄ bonas artes ad malum
uſum deducere p̄uerſitas abutentiū poteſt. Sed de illis qui conuiuia qua gr̄a ſunt
inſtituta celebrant/ hoc eſt amicitię & beniuolētię cauſa: ut cū his viuamus qui no
bis exiſtunt uſu/ neceſſitudine/ familiaritate coniuncti. Id amoris indiciū eſt & cha
ritatis ab eo qui alios conuocat profectū. quo palam eſt: ubi initiū rei et cōmenda
tionem & laudem meritorū inſpicimus. ibi & gratię plurimū ineſſe: eiq; gr̄as vo
luti principio agendas. Vocati vero cum ſe honore affici ęſtimariq; inter cōuiuas
accerſiti videant: proculdubio illis gr̄am debent qui ſe ornandi cauſam prębue
re. Qd̄ vel ex hac re citius licet p̄ſpicere: ꝙ ęgre ferimus pene om̄es/ cum intelligi
mus nos in amicoꝝ cōuiuijs p̄termiſſos. exiſtimamus id em̄ vel contēptu noſtri/
vel negligentia contigiſſe: aut ꝙ indigni iudicemur qui epulantiū numero adde
remur: qd̄ nobis dedecori fore putamus. Sicut ergo turpe ducimus nō adhiberi
ad epulū alioꝝ: ita honeſtū videt accerſiri. Ob eamq; rem pręnobis ferimus/ tūq;
illo honore auctos gr̄as debere cōuiuij magr̄o. Ridiculū quippe foret: ſi p̄ter im
penſam quā nobis cibandis p̄buit: pręter labores & moleſtias q̄s in apparando cō
uiuio ſuſcępit: quū tota domus ſit in eo ornando ſępius occupata: etiam illi in quē
ſumptū fecit pro ſuis rebus ut ita dicam aſſumptis/ gr̄as agere teneat. Scitis pręte
rea nos illi teneri/ qui in nos aliq̄d beneficiū cōtulit: cui non ſolū gr̄as agere/ ſed re
ferre etiā decet: ne ingrati videamur. Atqui b̄n̄ficij loco habendū eſt: ab amicis/ no
tis/ beniuolis/ domeſticis vocari ad conuiuiū: in quo ſemp̄ viri celebres/ primarij
electi intereſſe conſueuerūt: qua ex re nos diligi colliq; atq; honore dignos eſſe ar
bitramur. Neq; vero oēs ut ſentis Carole/ fœnerandi cauſa conuiuant. Sunt plu
res qui humanitatis officio/ charitate/ beniuolētia ducti: quo fortunaꝝ partem in
uſus liberales diſtribuant/ ſoleant cōuiuia inire: una eſſe cū viris egregijs volūt: ut
doctoꝝ atq; eloquentiū cōſuetudine oblectent: v̄ba ac diſputationes auſcultent/
idq; eſſe officiū boni hoīs ducant. Quid ꝙ eiuſmōi cōuiuia maximū vident diſ

ſomentũ amicitię ac mutuę beniuolentię cõſeruandę: qđ frequẽs pſtat uſus & cõ
ſuetudo. Vna eñ eſſe: colloq: cibũ cape: varijs de rebus diſſerere: iocari: cũ ſerio lo
qui amicitię vinculũ pcipuũ arbitrant̃. Tu igit̃ cõuiuij auctorib9 ut impẽſas omit
tam: ex hac humanitate/ ex hac beniuolentiæ ſignificatione/ ex hac tanta utilitate
grãs eſſe agendas negabis. mihi qđ ingrati duriq; ſignũ videret̃. Si eñ cui iure de
beo/ mihi dicerẽ debere: Sed cõtra hoc iudicas. hoc ſecus ſe habet. Ipa nos (quæ
plurimũ põt) impellit natura: ut conuiuiũ paremus ſępius eiſdẽ a qbus id cęperi
mus ad grãm referendã. Anglici ſunt paulo q̃ tu hac in re humaniores. Nam eti
am poſt decimũ diem quoties in eũ qui ſe pauit inciderint/ grãs pro ſuſcepto pran
dio agunt: ne immemores honoris impenſi videant̃. Id quoq; mecũ ſentire arbitror
ſniam Ariſtotelis tibi notã: qua honorẽ inqt eſſe honorantis. Apud illũ igit̃ penes
quẽ honor remanet/ neceſſe eſt & grãm reſidere. Ergo cõuiuij magr̃o grã mihi vi
detur habenda. Tum Carolus. Si ſola inqt gratiarũ actio ſatis eſſet ad perſoluẽ
dum huius bñficij munus: non grauiter gratarer hac ſatiſfactione ſępius uti: ſi ad
amicoꝝ epulas q̃ ſępiſſime vocarer. Verũ perſto in ſententia: & hunc hoſpitẽ no
ſtrum nobis grãs debere arbitror: cui ſummus honor acceſſit ex hac cęna. Sed ut
paucis meã ſniam abſoluã: tantũ intereſſe puto inter cõuiuij auctorẽ/ & eos q ro
gantur: quantũ inter illũ qui rem cępit/ & eũ qui pfecit. hoc eſt quantũ inter finem:
& ea quæ ad finẽ ſpectant intereſt. Magiſter cõuiuiũ inſtruit ac ordinat: conuiuæ
perfectũ reddũt. Nullũ eñ eſſet cõuiuiũ/ niſi accederẽt rogati q rem ab alio cæptã
perficiũt. Grãe igitur eis habendę ſunt quoꝝ opa cõſummatũ eſt: tanq; fini potius
q̃ illi qui conuiuiũ inchoant. Verũtamen neſcio ait: an Benedictus (qui aſſerit iu
re ciuili oĩa cõtineri) aliqd de hac diſputatione in ſuis cõmentarijs inſertũ legit.
Nõ eſt hic opus Benedictus ait/ aliq̃ legũ auctoritate: ſed diſcreta prudẽtia alicu
ius viri partitione. Ego eñ ita decerno. Si qs me dignitate/ honore/ opibus/ nobi
litate/ forma/ glia/ doctrina/ vtute ſupior atq; pſtantior ad cõuiuiũ rogitet: grãs ei
& me debere pfitear: qui me ſua mẽſa ac excellẽtia viroꝝ, put ibi eſſe cõſueuerũt
ſocietate dignũ cenſuit. Idq; oĩm cõſenſu videor poſſe dicere. Accedit eñ mihi nõ
parũ honoris cũ accerſor ad cõuiuiũ eius qui ſit multo q̃ ego dignior & honora
tior. Stultũ quippe videt̃: ſi dñm quenq; ducem/ cardinalẽ/ principem ciuitatis: aut
quẽuis alteꝝ in altiori faſtigio dignitatis collocatũ: q me ad eius mẽſam venire di
gnatus eſt: etiã grãs q acceſſerim mihi debere arbitrarer. Sin vo inferior fuerit q
digniorẽ aut ampliorẽ virũ vocarit: cũ non ſummũ honorẽ ex illius acceſſu conſe
quat̃: ſueq; domui ſatis afferat̃ decoris ei qui ad ſe ornandũ adierit: grãs debere aſ
ſeuerabo. Solent eñ hmõi hoĩes prandia & cęnas pbere nobilioribus ad cõtrahẽ
dum fauorẽ & beniuolentiã cõparandã. Quos ſi dixeris fęnoris ſpe eã ſubire im
penſam: aſſentiar tibi cum merces aliq̃ illoꝝ exiſtat finis. Nos aũt ne qd debiti cõ
trahamus/ hęreamus Caroli ſententię: nobis pro epulo grãs habendas. & habeõ
inquã agoq; pro hac veſtra humanitate. idq; duco beneficij loco. quo tamen nol
lem uti ſępius: ne vobis nimium deberem.

Cõuiuia fomentũ amicitiæ.

Ariſtoteles

Carolus

Bñdictus.

Diſceptationis primę ſolutio.

SECVNDA CONVIVALIS DISCEPTATIO.

Vtra artium: medicinę/ an iuris ciuilis pręſtet.

D hæc cum ſubriderent oĩes: iamq; vborum finis eſſe crederet̃.
Tũ ego cupiẽs int̃ duos varię pfeſſionis viros: & utriq; altercatio
nibus ſępius (uti ſolent) diſceptationis materiã inijcere. Addubi
taui inquã multoties (Nycholaũ & Benedictũ intuẽs) utra pſtan
tior eſſet ac nobilior/ generiq; humano utilior & maioris ęſtiman
da: Ars ne medicinę: an iuris ciuilis facultas: Video eñ multa in
utrãq; ptem afferri poſſe quę ingerãt q̃rentibus dubitatõnem. Scripſi olim paucis

Poggius.